

17.

16. Ga

ma

17. ad

o

18. ^{ad}

la

19. ^{ad}

1

20.

21. o

22. o

23. o

24. o

25. ^{ad}

2

26. ^{ad}



Pri. 30. Mai. 1729.

1729 29

DANIEL FRIDER. HOHEISEL

PHIL. ET J. U. D. AC REG. BORUSS. SOCIET.
SCIENT. SODALIS

PRÆMISSA SUCCINCTA
MEDITATIUNCULA

DE

USUFRUCTU PATRIS
IN PECULIO LIBERORUM
ADVENTITIO MORTUIS LI-
BERIS FINITO,

LECTIONES SUAS AESTIVAS
JURIDICAS ÆQUE AC PHILOSOPHICAS
STUDIOSÆ JUVENTUTI
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
COMMENDAT.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITTERIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPogr. 1729.



DVNIEL ERIDEE RHOEISER

THEATRUM AC REG. BORUSS. SCOTIÆ.

PREMISEA SINCINGIA

MEDITATIONES

USURGIT U. PATERIS

IN PECULIO LIBERORUM

AD AVENTIUM MORTIS II.

PER HINOTORI

LECTIONES S. I. A. AFRICANAS


HANC V. V. AC HERODOTUS

ESTERDORF. LAVANTIA

IN ACADEMIA RHEDERICIANA

COMMUNICATA

DET. IO. CHRISTIANI HERDERICI PHOT.





§. 1.



Amiliarum liberos jure patriæ potestatis olim sub pleno fuisse dominio, adeoque omnia, quæcunque acquirerent, ei cui patria potestas competebat (h. e. supremo adscendentí linea paternæ ejusdem familiæ) fuisse acquisita, notissimum est. Nec minus tam in Institutionibus quam Digestis fusius docetur, novioribus Imperatorum constitutionibus bona filiorum filiarumque familiarum in varia peculia fuisse distincta, eoque facto peculium quidem profectum pristinam suam retinuisse faciem; in reliquis autem peculiis modo omne jus patribus fuisse ademptum, modo restrictum, de quibus singulis hoc loco differere & prolixum nimis, & ab instituto alienum foret.

¶ 2

§. 2.

2
26
21
3.
5
3
3
2
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-264905-p0006-2

(4)

§. 2.

Hoc saltim monemus, in peculio adventitio ordinario patri concessum esse usumfructum, quem mortuo licet filio adhuc continuari, quatenus cum dominio non consolidetur, communiter juris interpres contendunt, ita ut mortuo filio, pater defuncti quidem ac mater una cum fratribus sororibusque concurrant ad successionem quoad proprietatem bonorum hæreditariorum acquirendam, usumfructum vero in horum cohæredum portionibus retineat pater: quam sententiam unicæ hujus rationi superstruunt, quod ususfructus nunquam morte proprietarii, sed ususfructuarii demum finiatur; in cuius doctrinæ veritatem brevibus & modeste inquirere, in animum induxi.

§. 3.

Postulamus autem nobis dari, peculium hic vocari bona liberorum familiarium, patriæ potestati subjectorum; nec minus certum est, patri jure patriæ potestatis usumfructum in hoc peculio adventitio competere; sed cum filius mortuus filius familias esse desinat, patriaque potestas sine dubio morte finitur filii, sequitur ut patris ususfructus filio mortuo extinguitur.

§. 4.

Nec movemur argumento dissentientium §. 2. adducto, quamvis enim ambabus, quod ajunt, manibus largiamur, usumfructum, indefinite atque in bona

bona quædam simpliciter concessum, non morte proprietarii, sed usufructuarii demum (prouti in omnibus servitutibus personalibus juris est) finiri: probe tamen observandum, in præsenti casu non patri simpliciter concessum esse usumfructum, sed quatenus bona ista peculii adventitii qualitatem habent, jam vero peculium esse desinunt filio mortuo (§. 3.) Ergo per accidens fit, ut morte proprietarii ususfructus expiret, quia hæc solvit patriam potestatem, quæ usumfructum istum producebat; quamobrem si pater usumfructum continuaret, necesse foret, ipsum e novo quodam titulo eundem denuo acquirere, uti contingit in casu expressæ emancipationis per L. 6. §. 3. C. de Bon. quæ lib.

§. 5.

Sed quoad portionem quæ matri cedit, nullus novæ acquisitionis titulus allegari potest, cum enim de Jure Rom. bona saltim uxoris in dotem data domino civili ac utili mariti subjiciantur, nequaquam vero paraphernalia aut receptitia; per rerum naturaliam autem uxor sub initium matrimonii marito suo bona liberorum nondum natorum dotis nomine inferre nequeat, sequitur in portionem hanc conjugis marito nullum competere ususfructus jus, nisi forte ipsa novo pacto isthæc bona doti adjecerit, ut dos augeatur.

§. 6.

Sed quoad portiones filiorum cohæredum fratri succendentium gravius superesse dubium vide-

X 3

tua

Quodsi enim ipsi adhuc sub patria potestate
sint constituti, videtur pater ex eorum persona, &
quia bonis istis hæreditariis peculium ipsorum ad-
ventitium augetur, usumfructum sibi ex novo ti-
tulo adserere posse: idquod sane secundum omnem
Juris Romani analogiam dicendum fore, nisi ex-
presse Jure Novellarum istæ portiones hæreditariæ
peculio filiorum adventitio extraordinario annume-
rarentur, ita enim Imperator in *Nov.* 118. cap. 2. *Nul-*
lum usum ex filiorum aut filiarum portione in hoc casu va-
lente patre sibi penitus vindicare: quoniam pro hac usus
portione, hæreditatis jus & secundum proprietatem per
presentem dedimus legem: differentia nulla servanda inter
personas iſtas, ſive fæmine ſive masculi fuerint, qui ad
hæreditatem vocantur, & ſive per masculi, ſive per fæmi-
ne personam copulantur, & ſive ſue potestatis, ſive ſub
potestate fuerit is cui succedunt.

§ 7.

Non me fugit, novellam hanc constitutionem
de eo casu a quibusdam explicari, si filius mortu-
us pleno jure bona tenuerit, sed hæc expositio vim
infert textui. Nam 1) Imperator dicit, nullam dif-
ferentiam esse servandam, ſive ſue potestatis ſive ſub
potestate fuerit cui succeditur: jam vero qui ſub po-
tentia est rarissime bona pleno jure obtinet. Deinde 2)
nec diſtinguendum eſſe inter filios ac filias, ſed cum in
filiabus cefſet peculium caſtrenſe & quaſi caſtrenſe: ad-
ventitium extraordinarium autem rariffime occur-
rat, vix habebunt filiae familiarium bona pleno jure ſi-
bi quaſita, denique 3) Imperator diſerte dicit, ſe pro
hac

hac ius portione (quam pater antea obtinuerit) proprietatem & jus succedendi (olim negatum si fratres ad- essent) ei concessisse. Sed quænam sunt ista bona li- berorum , in quibus patri competit ususfructus? sunt, nisi me omnia fallunt, quæ peculio adventi- tio ordinario accensentur : adeoque mens Impera- toris evidens est, dicit nempe: quamvis patri com- petiisset ususfructus in bonis filii, ipsum tamen ja- ceturam hanc, quod scilicet quoad portionem cohæ- redum filio succedentium eum amittat , æquo ani- mo ferre posse, quoniam partem istorum bonorum pleno jure titulo hæredis acquirat. Supereft, ut de lectionibus æstivis dicam: Annuente vero supremo Numine

Hora VIII. ad IX. Pufendorffum de officio hom. & civ. u- na cum obseruat. Titii exponam,

Hora X. juncta hora II. Pandectas ILLUSTR.DN.BÖH- MERI explicabo,

Hora XI. ad XII. ipsum textum Institutionum Justinianæ- arum ejusdem VIRI ILLUSTRIS annotationi- bus auctum debita analysi prosequar ,

Hora III ad IV. Politicam, duce Summe Rever. DN. BUD- DAEO docebo ,

Hora IV. ad V. explicationi Logices Wolffiane dicata est.
Junxi huic libello alias tractatum meum de Ideis,
sed cum ejus exempla dudum distracta sint , va-
riæque rationes mihi hoc consilium extorserint, ut
systematis cuiusdam philosophici editionem alii
tempori (& forte loco) reservare certo constitue-
rim;

rim; potiores de meditatione rite instituenda regu-
las per modum adnotationum ad *Logicam CELEBERR.*
DN. WOLFFII calamo excipendas dictabo.

Denique *Hora V. ad VIIam scholas disputatorias aperi-*
am, in quibus, præceptis de methodo disputandi
succincte traditis, potiores Jurisprudentiæ, tum na-
turalis, tum civilis, theses exercitio disputatorio se-
ligam, Dominis Commilitonibus (si ipsis visum fu-
erit) occasionem suppeditaturus, absque ullis fere
sumptibus publice etiam de thesibus quibusdam
*Juris Civilis disputandi, ut mandato *POTENTIS-**
SIMI REGIS nostri longe saluberrimo, paucis ab hinc
annis de disputationibus publicis frequentius in-
stituendis, publice adfixo, qua par est, pietate ob-
sequar;

Læctionum initium, finitis nundinis Lipsiensibus,
h. e. d. 23. Maji facturus. Dab. in Acad.
Frider. d. 9. Maji 1729.




ULB Halle
004 952 340

3



Farbkarte #13



B.I.G.

Pr. 30. Mai 14. 9.

1729 27

FRIDER. HOHEISEL

D. AC REG. BORUSS. SOCIET.
SCIENT. SODALIS

MISSA SUCCINCTA
EDITATIUNCULA

DE

STRUCTU PATRIS
ULIO LIBERORUM
NTITIO MORTUIS LI-
BERIS FINITO,

JES SUAS AESTIVAS
ÆQVE AC PHILOSOPHICAS
DIOSÆ JUVENTUTI
EMIA FRIDERICIANA
COMMENDAT.

LÆ MAGDEBURGICÆ,
ISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR. 1729.

